

Processus sathane

vocatam contra me haberi. Aduocata dixit filio: fili mi cuius nomine
 flectitur omne genu celestium terrestrium et inferorum deprecor vos au-
 dire verba mea. Iste nequam dixit de homine qui peccavit in bonitate in-
 finita et ideo sit infinite puniendus. Ad quod respondeo et dico quod vos
 estis deus et homo bonitas etiam infinita et vos qui estis infinitus et bonitas
 infinita pependistis in cruce et morte turpissima et crudeli cruciatus fu-
 istis primitus bene respondit pena culpe. Loquitur christus regina
 celi non sufficit vobis ista responsio non vultis quod homo puniatur de
 peccato sine petitionem quod iura clamant. Cui dixit demon iura volo. do-
 minus ad eam quia fuit culpa infinita. dixit demon ergo homo puni-
 atur infinite. dominus per matrem ait demoni. Nonne mihi omne iudicium tra-
 didisti. Si culpa fuit infinita et homo non potest infinite satisfacere et
 mori. Loquitur aduocata. Vos estis filius dei vivi rex in eternum du-
 raturus et deus et homo non puniendus in infinitum. Item dixit de-
 mon homo peccavit in bonitate infinita Respondit aduocata glosan-
 do peccator ingemuit et dominus amplius non recordatus est eo quod nunc de-
 bet in eo reincipi quo iam fuit. Non enim iudicat deus bis ubi dixit ad
 ultimum. conclusio diaboli ergo pena debet esse infinita. Dixit aduo-
 cata mentitur demon. quod qui ex falsis concludit omnino de excludi ergo
 cum annihilata sit culpa per misericordiam est annihilata et pena per
 gratiam ut vicium veritatis operiet gratia culpam cum probis et ap-
 probis cum lacrimis et suspirijs quod et est faciendum. Et singulis visis ad
 instar eius quod legitur xxiiij. q. iij. c. dist. maria utero nato et filio
 denudata cum vberibus naturaliter trahit iudicem quando vult respo-
 dit demon. Nonne nosti ubi sub est iusticia excusationis seu defensio-
 nis causa noscitur quod non solum lacrimis. sed etiam insidijs resistere
 hosti licet. aduocatum mihi dari postulo ut iura volunt. Aduocata lo-
 quitur. ex secretarijs curie celestis non potes petere quemcumque ergo vis
 ex secretarijs infernalis nequitie recipere addens. Audi me quoniam om-
 nem questionem solua ego non est dubium quoniam pater filius spi-
 ritus sanctus creavit hominem insipientiam ut esset heres vite eterne
 quam promisit abrae et semini eius. ergo si hominem punitum in to-
 tum delens ipsum. ut ait demon non in sapientia. sed in vanum constituit
 istis omnes filios hominum quod esse non debet. Sequeretur ergo quod